Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



45

uiuificat. Deus est qui condiuiuet. Xpus ihs qui
mortuus est: imo qui et resurrexit qui est ad dexterā
dei qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos separabit
a caritate xpi. Tribulatio an angustia an persecutio
an fames an nuditas an periculū an gladius. Sicut
scriptū est. Quia propter te mortificamur tota die. estimati
sumus sicut oues occisionis sed in his omnibus supe
rmus. Propter eū qui dilexit nos. Certus sum enim: quia
neq; mors neq; uita neq; angeli neq; principatus neq;
uirtutes neq; instantia neq; futura neq; fortitudo neq;
altitudo neq; profunditas neq; creatura alia poterit
nos separare a caritate dei. Hec est uox pōo ihu dno nro

Ad ephes

Benedictus deus et pater dni nri ihu
xpi qui benedixit nos in omni benedictione spiritali
in celestibus in xpo: sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem ut essemus sancti et immaculati in co
spectu eius in caritate qui predestinauit nos in ad
optionem filiorum per ihsum xpm in ipsum secundum propositum
uoluntatis suae in laudem gloriae et gratiae suae. in qua
gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus
redemptionem per sanguinem eius. remissionem peccatorum.
secundum diuitias gratiae suae que superabundauit
in nobis. Per ihsum xpm dnm nostrum.

Secundum Johannem

In illo tempore dixit ihs. Hec mando uobis ut diligatis
invicem. Si mundus uos odit. scitote quia me
priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis:
mundus quod suum erat diligeret. Et quia uero de mundo
non estis: sed ego elegi uos de mundo. Propterea
odit uos mundus. Memento sermonis mei: quem
ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si
me persecuti sunt et uos persequentur. Si sermonem
meum seruauerit et uestrum seruabunt. Si hec omnia facient